

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Senectus p  
cum fonte primo

Quid stolidius fieri potest, si mens  
ad perfectionem festinare non contendat,  
quando tocius corporis habitu senectute  
confectus homo ad interitum properat?  
Dum oculi caligant, aures grauiter  
audiunt, capilli fluunt, facies in  
pallorem mutatur, dentes lapsi numero  
minuuntur, cutis arescit, flatus non  
suauiter olet, pectus suffocatur, tussis  
cachinnat, genua trepidant, talos et pedes  
tumor inflat. Homo interior  
qui senescit hiis omnibus aggrauatur,  
et hec omnia ruituram iam iamque  
domum corporis cito prenunciant.

Cyprianus ibidem (de duodecim  
abusiuis).

quid enim stolidius fieri potest, si mens  
ad perfectionem festinare non contendat,  
quando totius corporis habitus senectute  
confectus ad interitum properat?  
dum oculi caliginant, auris grauiter  
audit, capilli fluunt, facies in  
palore mutatur, dentes lassi numero  
minuuntur, cutis arescit, flatus non  
suauiter olet, pectus suffocatur, tussis  
cachinnat, genua trepidant, talos et pedes  
tumor inflat: homo interior  
qui non senescit his omnibus adgrauatur.  
et haec omnia ruituram iam iamque  
domum corporis cito praenuntiant.

Pseudo-Cyprianus Carthaginensis, *De  
duodecim abusiis saeculi*, 2 (CSEL 3.3,  
W. Hartel ed., pp.153-4, ll.24, 1-7).